



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
propriarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel**

**Francofurti Ad Moenum, 1690**

Titulus XXIII. De delictis puerorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74544)

quia verum est, ignoscendam esse ei, qui sanguinem suum redemptum voluit. Sed hoc procedit ne ex Senatusconsulto pro convicto habeatur, non vero ut a pena omnino immunis sit, *l. ult. ff. de praev. Nec obstat argumentum deductum ex exequatione sententiae, & transactionis, quia licet verum sit in pluribus exaequari transactionem rei iudicatam, quia neutra remerè rescindi potest; etiam certum est, non in omnibus comparari cum de criminibus capitalibus judicari possit, transigi vero non possit. Unde quid mirum, quod sententia iudicis tollat crimen, non autem transactio, ut docuit Ant. Matthaeus de crimin. ad tit. 48 Digestor. tit. 19 cap. 7. num. 7. Nec obstat, quod de abolitione dicebamus, quia verum est abolitione crimen sopiti, ut probavi in *dist. cap. de his, de accusat.* non autem perimi. Unde similiter licet transactione sopitum sit crimen quoad transigentem, tamen quoad alios non perimitur, unde formari potest inquisitio à iudice ex officio.*

*nupta adversus omnes securitatem.* Ex quibus expressè deducitur, post sententiam absolutoriam per collusionem prolatam, non licere super eodem crimine amplius agere. Igitur non rectè in praesenti docetur, post sententiam absolutoriam per collusionem prolatam licere iudici super eodem delicto inquirere. Pro cuius difficultatis solutione dicendum est, textum illum specialiter procedere in adulterio, in quo cum propriè, & peculiariter accusatio competat marito, ideo si adulter accusatus per collusionem absolutus sit, non potest adultera, dum nupta est, accusari: quod facilius procedit hodiè attento jure nostro Regio, cum adeo proprium sit mariti hoc crimen vindicare, ut nulli alij competat jus accusandi, nec iudici ex officio procedenti, *l. 3. tit. 7. lib. 4. fori, Avendanno respons. 24. n. 6. P. Barbosa in l. 2. ff. solut. mar. crim. num. 113. Gomez in l. 30. Tauri, num. 49. Cypycius L. atro decis. 121. num. 17. nisi adulterium adeò notorium sit, ut magnum scandalum in populo generetur, quia tunc iudex contra adulterum procedere valet suppressis nominibus adultera, & ejus mariti, ne foederetur connubium, ut praxi receptum se vidisse testatur Valeron *dist. q. 5. n. 20.**

7. Sed supra tradita assertioni aperte opponitur *Exponit. textus in l. adulter 19 § final. ff. ad leg. Int. de adult.* in illis verbis: *Proinde si per collusionem cum adultero, zero confiteri ei; fuerit quo absolutus, dedit mulieri*

## TITULUS XXIII.

### De delictis puerorum.

#### CAPUT PRIMUM.

Gregorius.

**P**ueris grandiuisculis peccatum nolunt attribuerè quidam, nisi ab annis xiv. cum e pubescere coeperint; quod meritò crederemus, si nulla essent peccata, nisi quae membris genitalibus admittuntur. Quis verò audeat affirmare, <sup>d</sup> furta, <sup>e</sup> mendacia, <sup>f</sup> perjuria non esse peccata? At his plena est <sup>g</sup> puerilis aetas, quamvis non in eis ita, ut in majoribus punienda videantur.

#### NOTÆ.

1. **G**regorius.] In prima collectione, *sub hoc tit. cap. 1.* legitur tantum *Augustinus*, nullibi tamen exprimitur, cuius Gregorii, vel Augustini sit praesens textus, nec ubi reperitur, ut jam notavit Ant. Augustinus in *praesenti*. Existimabam aliquando utramque inscriptionem retinendam esse, legique debere *Gregorius Augustino*, ut in *cap. 1. de majorit. & obed. cap. 1. dist. 5.* Et ita in praesenti proponi responsum D. Gregorii Magni ad consultationem Augustini Anglorum Episcopi, licet illud non extet inter responsa ipsius Gregorii, quae extant ad calcem epistolarum ipsius, de quibus jam nonnulla adduxi in *dist. cap. 1. de majorit.*

2. **b** Peccatum.] Peccatum definitur à Gratiano in *sine 15. quest. 1.* voluntas retinendi, vel confitendi quod iustitia vetat, & unde liberum est abstinerè. Covarr. in *cap. alina, 1. part. §. 10. n. 10. de sent. excom. ait:* Est averfio à Deo, & conversio ad creaturas. Unde dicitur in *cfinal. de praescript.* quod omne quod non est ex fide, peccatum est; hoc est ex conscientia. In praesenti peccatum omne delictum significat, juxta rubricam ibi, *de delictis.* DD. Gonzal. in *Decretal. Tom. V.*

at delictum communiter privatam tantum noxant significat, scilicet qua privatim quisquis laeditur, veluti per furtum, mendacium, perjurium, injuriam, & caetera similia: in quo differt à crimine, quia criminis appellatione capitalis fraus intelligitur, quae Respublica laeditur, veluti homicidium, falsitas, adulterium, & similia: quae differentia indicatur aperte, in *l. quis sit fugitivus, §. noxas, ff. de adilit. edit. l. aliud 13. in fine, ff. de V. S.* Hac ratione in Pandectis titulus de privatis delictis secernitur à titulo de *extraordin. crimin.* & à titulo de *publico judic.* Aliquando tamen haec duo confunduntur, & crimen significat privatam delictum, *l. 1. §. ult. ff. de penis:* & delictum etiam pro crimine ponitur in *l. 1. ff. de legibus, dicta, aliud §. 1.* & hoc modo sumitur in praesenti textu, in quo agitur de delictis carnis, de furto, & perjurio: & in *cap. 1. 49. dist. cap. exigunt 18. 1. quest. 7. cap. 3. 16. quest. 3. cap. quod quidam 97. §. si cut. 1. quest. 1. cap. olim 14. vers. Quod si alias, de privit. regul. l. delictum 76. de R. I. lib. 6. cum 19. 23. quest. 4.*

**c** Pubescere.] De pubertate, tam virotum, quam foeminarum, egi in *cap. 2. de respons. impub.* L I d Furta.]

d *Furta.*] De quibus, & eorum malitia, egi in cap. 2. de furtis.

3. c *Mendacia.*] Mendacium definit D. Augustinus in libro contra mendacium, *Est falsa significatio vocis cum voluntate fallendi*; prout refertur in cap. beatus Paulus 5. 22. quest. 2. nam qui mentitur, contra id quod animo sentit, loquitur cum voluntate fallendi, juxta eundem Augustinum in c. is autem 22. quest. 4. Vnde mendacium peccatum est contra octavum Decalogi præceptum, ut variis SS. PP. testimoniis probat Gratianus in causa 22. q. 2. etiam si quis mentiendo alicui vellet prodesse, dicitur cap. is autem vel si humilitatis causâ mentitur, cap. cum humiliter 9 cum sequent. 22. quest. 2. Et mendacium aliquando est grave peccatum, ut in cap. 1. ead. quest. cap. luteris 14. de presump. divini iudicii pœna damnatum, ut refertur in cap. juramenti 12. 22. quest. 5. differtque à perjurio, quamvis qui falsum jurat etiam mentitur, cap. 2. §. 1. cap. 3. §. 1. 22. quest. 1. Merito ergo Gregorius in presenti docet, quod nemo audebit affirmare mendacium non esse peccatum. Quare & propter illud jure etiam civili mendax punitur, de actione 11 §. qui ra-

cuit, confessionibus 13 ff. de in iur. faciend. & in delictis quæ inficiando crescunt.

f *Perjuria.*] Perjurium esse nequitur decipere credentem, ut ait D. Augustinus in cap. 1. 22. quest. 2. dicitur magnum peccatum in cap. in novo 3. 22. quest. 2. grande scelus in cap. ult. ead. quest. & ut tale prohibuit cap. 2. Levit. ibi: Non perjuraveris in nomine meo. Et cap. habemus 12. cap. si peccatum 14. 22. quest. 1. perituros namque dupliciter reus fit, quia nomen Domini in vanum assumit, & proximum dolo capit, cap. quicumque 9. 22. q. 5. de gravitate huius criminis egi in cap. cum quidam 12. de iur. jur.

g *Plena est puerilis ætas.*] Immo & aliis pluribus peccatis, ut refertur in Concilio Mediolan. 5. sub Carolo 3. part. sit. quæ ad matrimonium pertinent, §. his temporibus, ibi: His temporibus sancta puerorum licentia est, atque adeo effrenata, ut cum peccandi naturam afferat, tum disciplina christiana detrimenda importet non levia; hinc in scholis nimia perulantia, in Ecclesiis irreverentia, turbulenta foris concitatio, atque in omni loco sese offerens imprudentia, & plane proterva audacia.

## CAPUT II.

Alexand. III. a Hermon. Episcopo.

R eferente nobis H. intelleximus, quod cum N. filius ejus b decennis cum aliis pueris sagittaret, quidam c nepos ejusdem H. sagittâ percussus interit: quod idem filius ejus cum inter alios luderet, fortuito casu dicitur peregrisse: propter quod c Abbas sancti Remigii a præfato H. secundum consuetudinem illius terræ C. solidos instantius requirebat. Et infra: Unde quoniam in pueris relinqui solet inultum, quod in aliis provectioris ætatis humanæ leges dicunt severius corrigendum, mandamus quatenus si constiterit, filium prædicti H. intra xiv. ætatis suæ annum eundem excessum commississe, memoratum Abbatem moneas, & compellas, ut ab eodem H. prædictos C. solidos, propter illam consuetudinem non exigat, nec ab ipso pro temporali g pœna requirat.

## NOTÆ.

1. a *Hermon.*] Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 2. & cum nulla extet d. cœcesis Hermonensis, vel Hermonensis in tota Geographia sacra edita à Carolo à sancto Paulo, credo legendum esse *Rhemenis*, tum quia Abbatia sancti Remigii, cuius mentio fit in hoc textu, extat in ipsa urbe Rhemenis, quia compositio homicidij certa solidorum præstatione frequenter statuitur in lege Salica, ut dicemus infra in cap. 2. de penis. Vnde credo casum hunc in Gallia contigisse in ipsa diocesi Rhemenis, & ita legendum esse, *Archiepiscopo Rhemenis*.

b *Decennis.*] Et ita non erat adhuc proximus pubertati, ut infra dicemus.

2. c *Nepos.*] Ex fratre videlicet, id est sobrinus, juxta tradita in cap. per tuu, de probat.

d *Sagitta.*] De sagittariis egi supra in cap. unico, proprii tituli de sagittariis.

e *Abbas Sancti Remigii.*] Monasterium hoc sancti Remigii Rhemenis percelebre est, ubi extat corpus huius sancti Apostoli Galliæ, de cuius antiquitate & magnitudine plura adduxit Ypes tom. 4. chron. D. Benedicti, anno 852. cap. 4. Huic monasterio, & eius Abbatibus concessit Carolus Magnus quasdam villas cum regali iustitia in illis sibi ut Regi competenti, ut constat ex ip-

sa donatione, quam refert Ypes ad calem disti tom. 4. in illis verbis: *Concedimus & confirmamus sancto Remigio quasdam res, quas venerabilis Memiana nepos mea eidem Sancto dedit in pago Lemociensi, in Ducatu Wanduensi, in loco qui dicitur in monte Leiberbo, cum omnibus rebus ad eandem villam pertinentibus. Concedimus etiam, & Imperiali auctoritate confirmamus, & donamus eidem glorioso Francorum Apostolo, quamdam Florestam nostram, quæ Vvara vocatur, quam nobilissimus Comes Angulbercus cognatus meus eidem Sancto tradidit: sed quia de camera, & feudo Imperiali erat, nos confirmare rogavit Eandem itaque Regiam Florestam Vvaram cum omnibus villis, quæ in ea sunt, scilicet Acilifca, Milimbria, Raize, Nera, Alor, cum omnibus mansis, domibus, castis, corribus, edificis & locis, campis, pratis, pascuis, aquarum decursibus & immobilibus, cum omni venatione, &c. Et insuper omnem Regalem iustitiam Ecclesie sancti Remigii Francorum Apostoli integrè transfundimus, & confirmamus cum omnibus, quæ ad Florestam eandem pertine-re videntur. Vnde cum Abbas sancti Remigii virtute huius donationis haberet iustitiam regalem; ideo intendebat centum solidos exigere à puero isto pro homicidio etiam casu celebrato.*

f *Pro temporali.*] Hinc deducit Hostiensis supra in cap. 1. num. 5. puerum etiam non doli culpam pœnis spiritalibus puniri posse; siquidem Alexander

Alexander in presenti tantum prohibet illi poenam temporalem infligi; & ita affirmat, similem puerum irregularemanere, quia quoad hanc poenam non attenditur animus, seu voluntas occidendi; sed tantum homicidium ipsum, cap. final. 15. *quæst. 1.* Facit pro ea sententia textus in cap. *exhibita de homicid.* Verum hodie certum est, infantem doli non capacem nullam irregularitatem contrahere, ex Clementina *si furiosus de homicid.* Ergeneraliter quoad poenas spirituales, excommunicationis videlicet, & interdicti, desiderari in pueris doli capacitatem, cap. *quamvis 58. cap. pueri 60. de sent. excom.* probant late Lara de *vita hominis cap. 16. ex num. 111.* Suarez, Majolus, Sayrus, & alii, quos refert, & sequitur Narbona de *etate ad actus humanos, anno 10. & dimidio, qu. 8. per tot. g. Pœna.* Pater enim ex alio capite non tenebatur ex hoc homicidio ad poenam pecuniariam, quia videlicet filius non habebat unde solveret; & pater non teneatur ex delictis filii, nec ratione legitimæ portionis. Covarr. *lib. 2. var. cap. 8. numer. 7.* Mancinus de *legitim. quæst. 15. num. 10.* Padilla in *l. 3. Cod. de jur. & facti ignor. qui disputant utrum statutum factum ut pater pro delicto filii teneatur, sustineri possit.*

## COMMENTARIUM.

5. **E**X his duabus Decretalibus sequens commutatio deditur assertio: *Pueri grandavi, hoc est proximi pubertati, & doli capaces, ex delictis (excepto carnis peccato) tenentur, sed mitius sunt puniendi quam maiores.* Priorem partem assertionis probant textus in *l. 1. hoc edicto ff. de ne vis fiat ei, l. impubes 23. ff. de furtis, l. impunitas 7. Cod. de panis, l. 1. & per totum Cod. si adversus delictum, l. 3. §. 1. ff. de injur. §. penult. Inst. de obligat. que ex delicto, l. 4. §. de dolo 26. ff. de dolo malo, l. 3. §. 1. ff. de sepulch. violat. Lex causa 9. §. nunc videndum l. auxilium 37. ff. de minor. l. sacrilegii 6. ff. ad leg. Jul. pecul. aut facta 16. §. persona, de poenis, l. hac lege 10. §. Divus ff. de peculatu, l. 5. §. sed & si infans, ff. ad leg. Aquil. l. non tantum 17. ff. de excusat. tutor. l. heredibus 13. §. ult. ff. de dolo malo, l. proponendum 13. §. si quidem, Cod. de iudiciis, Paulus lib. 1. sent. tit. 1. §. 1. l. pupillum 111. ff. de R. l. l. si quis te reum, Cod. de scar. l. si alteri, Cod. si minor se majorem, l. si minor, ff. ad leg. Jul. de adult. cap. si quis cuiuslibet 21. quæst. 5. l. 4. tit. 15. part. 6. Secundam partem assertionis probant textus in cap. penitentes, 63. dist. dict. l. auxilium, §. in delictis, l. si adulterium, §. 1. vers. injustum, ff. ad leg. Jul. de adult. l. Divus, ff. de termino moto, l. 8. tit. 31. part. 7. Illustrant ultra congestos à Barb. in presenti Gibalin. de negot. tom. 2. lib. 6. cap. 2. ar. 8. Sesse tom. 2. decis. 112. Gomez lib. 3. var. c. 1. num. 55. ubi plures Avilon, Morla in Empor. tit. 12. quæst. 4. per tot. Narbona de etate anno 7. quæst. 5. & anno 10. & dimidio, quæst. 2. 7. & 8. P. Gregor. lib. 4. part. tit. 15. cap. 6. Vighell. in methodo juris can. fol. 31. except. 8. Barboza tom. 6. in select. ad textum in cap. ad hac de poenit. dist. 3. Acunna in cap. penitentes, num. 1. dist. 50. Anton. Matthæus de crimin. in princip. cap. 2. Fachineus lib. 9. contror. cap. 41.*

6. Sed hæc assertio difficilis redditur sequentibus juris considerationibus. Prima nascitur ex eo, nam certum est, proximos pubertati esse doli capaces, l. 4. §. de dolo 26. vers. Denique, ff. de doli mali except. l. heredibus 13. cum l. sequenti, ff. de do. D. D. Gonzal, in Decretal. Tom. V.

lo: & per consequens delictum committere, l. excipiuntur, ff. ad Syllan. l. impuberes 23. ff. de fure. §. penult. inst. de oblig. que ex quasi delict. At hi sunt qui pubertatem jam sunt ingressi, l. 3. §. ult. ff. de liber. agnosc. cap. ad nostram 8. de regul. Igitur ante eam ætatem pueri ex delictis non tenentur. Augetur primò hæc dubitandi ratio ex eo, nam quamvis pupilli sine tutoris auctoritate meliorem suam conditionem facere possint, deteriozem tamen obligatione facta tutore non auctore reddere, nequeunt, l. obligari 9. ff. de auct. tutor. princip. Inst. eod. tit. l. contra 18. ff. de part. Sed si ex delictis tenerentur, deteriozem facerent suam conditionem, non authorante tutore. Igitur ex delictis non tenetur, nisi pubes factus, quando jam à tutela est liberatus, l. final. Cod. quando tutores esse desinant, princip. inst. quibus modis tutela, ut contingit contractibus, inter quos, & delicta nulla ratio differentie assignari potest; immò fortior urget in delictis, ex quibus majus damnum pupillo resultat. Augetur deinde hæc difficultas ex eo, quia peccatum, seu delictum non nisi à volente committitur, & ab eo, qui quod agit, intelligit, cap. 1. & per totam 15. quæst. 1. Sed hoc iudicium non evenire ante decimum quartum annum, probatur ex eo, quia ante illam ætatem puer ad testimonium non admittitur, cap. 1. 4. quæst. 2. nec jurare cogitur, cap. parvula 14. cum duobus sequent. 22. quæst. 5. Faciunt textus in cap. illud 20. quæst. 1. cap. continebatur 6. cap. attestaciones 10. cum sequent. de despons. impub. Igitur ante eam ætatem non possunt impuberes ex delictis obligari. Deinde in secundam partem assertionis, ubi excipiuntur delicta carnis, sic argumentor, Quamvis regulariter ætas xiv. annorum, ut apta, & matura copulam sit à jure definita ad contrahendum matrimonium. cap. attestaciones, de despons. impub. probavi late in cap. 3. eod. tit. tamen ætas illa potest malitiâ, vel prudentiâ suppleri, l. 3. Cod. si minor. se majorem, cap. de illis, cap. ult. de despons. impub. immò ex D. Gregorio lib. 4. dialog. cap. 19. refert Glossa in summa 10. quæst. 1. quod puer novem annorum nutricem suam gravidam reddidit: & de puero 10. annorum idem ex D. Gregorio refert Anania in cap. 1. hoc tit. num. 6. pro quo facit textus in cap. final. de eo qui cognovit consanguin. & Salomon cum esset undecim annorum genuit filium suum Roboan: & Achaz in undecimo anno genuit Ezechiam: quæ & alia exempla congestit Farinac. in praxi, 3. part. quæst. 92. num. 80. & pupillum ante 14. annos ex stupro puniti posse, docetur in l. stuprum 34. in fine, ff. ad leg. Jul. de adult. Igitur non rectè in presenti docetur, puerum proximum pubertati, & doli capacem ex delictis carnis non teneri.

7. Quibus difficultatibus minimè obstantibus, vera est præfens assertio, pro cuius expositione sciendum est, hominis ætatem variè discerni, & in partes dividi ab ortu usque ad interitum, ut videre est apud Glossam verbo *Perfectus*, in præmio libri 6. Decretal. & verbo *Septenarius*, in cap. 1. de celebrat. missar. & verbo *Complevit*, in l. verbo *Pueritiam*, ff. de postul. Alciatum in l. pueri, ff. de V. S. Menochium de arbitrar. lib. 2. casu 57. ex num. 1. & plures, tam juris peritos, quam Philosophos, quos referunt Lara in compend. vitæ hominis, Paulus Zacchias qq. medicolegal. tit. 1. q. 4. Narbona de etate ad actus human. Communiter dividitur in infantiam, pueritiam, pubertatem, adolescentiam, seu juventutem, senectutem, ac ætatem

ætatem decrepitam. Infantia incipit à nativitate, & protenditur usque ad septem annos, l. 3. Cod. qui admitti ad honor. poss. l. 1. §. sufficit, ff. de admistr. tut. l. in sponsalibus, ff. de sponsal. l. si infanti 18. Cod. de jure delib. cap. unic. de despons. impub. lib. 6. D. Isidorus lib. 11. orig. cap. 2. probat latè Narbona anno 7. quæst. 1. Pichardus in lecturis ad tit. de acquir. heredit. cap. 23. Amaya lib. 1. obs. cap. 9. n. 20. Infans dictus est, qui dari non potest. D. Isidorus lib. 11. originum, cap. 2. Marcus Varro lib. 5. de lingua Latina, ibi: *Faturis, qui primum homo significabilem ore emittit vocem: ab eo antequam ita faciant pueri, dicuntur infantes.* Sequitur Varro nem Nonius Marcel. multis testimoniis adductis de compendiosa doctrina, cap. 1. num. 285. quo in sensu Lucetius Epicureus tenebrionum maximus, & in Philosophia acutissimus lib. 5. de natura rer. agens de secunda mundi ætate, in qua juxta errorem suum homines cæpere loqui, & addiscere verba, vocavit primos conatus loquendi, infantiam linguæ, instar puerorum, ibi:

*At varios linguæ sonitus natura subegit  
Mittere, ut uilitas expressit nomina rerum,  
Non alià longè ratione, atque ipsa videtur  
Protrahere ad gestum pueros infantia linguæ,  
Cum facit ut digito quæ sint præsentia monstret.*

Pueros appellavit infantes poitea. Facit Iustinianus in Lult. §. ubi autem, Cod. de bonis qua lib. ubi notavit post Glossam Salicetus, Scipio Gentil. de bonis matern. cap. 21. pag. 127. Causa ejus naturalis infantia est impotentia fandi, à qua causa omnes, qui dari non possunt, infantes appellantur: immò in hoc sensu de brutis, & insensibilibus hæc vox accipitur; quod notant veteres Grammatici, & hodierni Lexicographi. Cæpit autem inter primos Jurisprudentia conditores dubitari, quo tempore, & usque quod ad tempus infantia computanda esset? Et Stoici civilibus præceptis, & certitudine negotiorum consulentes, per hebdomadas annorum sive à septennio in septennium cæperunt ætates computare. Quæ Hippocratis divisio ætatum fuit, ut refert Menochius de arbitr. cent. 2. casu 57. n. 1. infantiam definiens usque ad primum septennium, pubertatem usque ad secundum. Peripatetici naturæ regulis magis inhaerentes, ab habitu corporis, & facultate fandi terminabant infantiam, nihil certi statuentes. Proculeriani ut in plurimum Stoicos sequebantur. Sabiniani sectatores erant scholæ Peripatetica; quæ de causâ primi Jurisconsulti in diversas abierunt sententias: posteriores verò hanc, ut illam sequebantur. Ad septem annos infantia computatur in l. 1. §. sufficit 2. ff. de admistr. tut. l. in sponsalibus 14. ff. de spons. ubi septennii expressa extat mentio. Aliquando verò per impotentiam fandi, ut in l. pupillus 9. ff. de acquir. heredit. l. in negotiis, ff. de regul. jur. cum aliis, quæ adducunt Pratejus, Brissolius, & Calvinus in lexic. verbo Infans. Quæ inter se ex mente compositorum contraria judicari non debent, cum minùs expressum in his, per magis expressum in illis suppleatur. Tamen Arcadius in l. certis 8. Cod. Theod. de bonis matern. quæ expressior est, & in l. si infanti 18. Cod. de jure delib. Stoicorum, & Proculerianorum sententiam sequens, infantiam usque ad septem annos definit, ut jam notavit Jacob. Gothof. in dicta l. certis 8. Ex quo certo judicio affirmari non potest, Tribonianum in locis Pandectarum supra relatis addidisse verba, quæ denotant infantiam septennio terminari, quia posteriores Consulti sic etiam sentiebant; nec si addidisset, ideo

notandus erat, cum aliter compositio Pandectarum constare non posset, quàm si priores leges posterioribus aptarentur, in quo graviter peccavit Faber in Jurisprud. tit. 12. princip. 6. illat. 8. quem reprehendit latè Oualdus lib. 7. ad Donel. cap. 9. litera D. Manet ergò secundum juris definitionem infantiam in septimo anno, & infra definiti: quod & jure canonico receptum est, licet aliquando infans dicatur qui in utero est, cap. 10. Luca; licet non ita propriè, l. non est pupillus 111. ff. de R. I. & infans octo dierum, Genesis c. 17. & qui tres menses habet, Exodi cap. 2. & anniculus, l. inter socerum 26. ff. de pactis dotal. Narbona anno 7. quæst. 1. Infantia verò proximi sunt, qui cum dari incipiant, nullum animi intellectum habent, nec quod agant, intelligunt, l. servum 6. ff. rem pupilli. De pueritia egi supra in cap. accessit, cap. literas, de despons. impub. & de pubertate egi in cap. 2. de despons. impub. Proximi autem pubertati sunt qui habent aliquem intellectum, §. pupillus, Instit. de inutil. stipul. & quod agant, intelligunt l. 1. §. furiosum, ff. de O. & A. l. servum 6. ff. rem pupilli, & ideo sunt doli capaces, l. heredes 13. in fine, ff. de dolo. l. 4. §. de dolo 16. ff. de doli except. l. sapienter 4. ff. ad Syllan. l. impuberem 23. ff. de furtis, §. in summa Instit. de obligat. qua ex delicto. Sed in qua ætate dicantur proximi pubertati, non est concors DD. sententia. Aliqui affirmant, eos esse proximos pubertati, qui sunt in anno decimo & dimidio usque ad decimum quartum; & tamen verò à nono cum dimidio usque ad duodecimum, ut ita septem anni, qui inter infantiam, & pubertatem interfunt, dividantur, & tres priores cum dimidio, proximis infantia; reliqui verò tres cum dimidio proximis pubertati tribuantur. Quam sententiam pluribus relatis tenet Narbona de ætate anno 10. & dimidio, quæst. 1. pro qua sententia faciunt textus in §. ult. Instit. quibus ex causis manumittere, l. & hoc 41. ff. de heredit. instit. Aliqui etiam eos esse proximos pubertati affirmant, qui per sex menses tantum distant à pubertate, argumento legis non tantum 17. in princ. ff. de excus. tut. l. sequuntur 14. ff. ad Syllan. c. attestaciones 10. de despons. impub. Alii verò illos, qui distant à pubertate per tres dies, ex l. 3. §. liberis, ff. de liber. exhibit. cap. ad nostram 8. de regnl. Alii illos, qui per unum annum tantum distant, cap. continebatur, de despons. impub. Alii eos, qui septimum annum jam expleverant. Sed rectius Menochius docuit de arbitr. lib. 2. casu 57. num. 40. hoc totum judicis arbitrio relinquendum esse, qui juxta conditionem, & vires personæ, & juxta morem regionis hoc ætimare debet: cui arbitrio apud nos locus non est, ex traditis in cap. continebatur, de despons. impub. Adolescentes dicuntur viri ab anno 14. tæminæ ab anno 12. usque ad 25. & communiter illi appellantur minores, l. cum filio 50. ff. de leg. 3. l. 1. & per tot ff. de minor. & ea ætas etiam dicitur tenera in l. non tantum 11. ff. de Decur. & usque ad eam etiam pueros vocari, constat ex l. quidam 25. ff. ad Trebel. l. 3. §. idem, ff. de adimend. legat. de juventute egi in cap. cum in juventute, de presump. Tandem senectus incipit à quinquagesimo anno usque ad 70. l. non aliter 69. §. 1. ff. de leg. 3. l. ult. Cod. qui ætate, lib. 10. §. item major, Instit. de excusat. tut. Et inde incipit ætas decrepita usque ad centum annos, quia hic finis vitæ hominis est, l. ult. Cod. de sacros. Eccles.

His suppositis deinde sciendum est, infantes, Infans quorum ætas durat usque ad septimum annum, ex delicto non teneri ex homicidio, l. infans 12. ff. ad leg. Corn. Cui non de tenetur

de sicariis, non ex furto, l. *impuberem* 28. ff. de fur-  
tis: non ex lege Aquilia, si damnum dederint, l. 5.  
§. *ideo*, ff. ad leg. Aquil. nec lege Cornelia de fal-  
sis, l. *impuberem* 22. ff. ad leg. Corn. de falsis l. qui  
iurasse 26. in princip. ff. de iurejur. nec ex injuria,  
l. 3. ff. de injuriis, cap. 2. in princip. & §. 1. in fine,  
cap. 3. §. 1. 15. quest. 1. nec pœna Syllaniani, l. 1.  
§. *impubes*, ff. ad Syllan. nec de falsa moneta, l. 1.  
Cod. de falsa monet. nec capitalem fraudem ad-  
mittere posse, l. 23. §. excipitur, ff. de adul. edict.  
quia ut eleganter ait D. Augustinus in cap. ali-  
quos 15. quest. 1. quomodo reus constituitur, qui  
nescit quod facit? Et lib. 22. de civit. Dei c. 24. ra-  
tionem sopitam esse in infante ait. ibi: *Ipsa itaque*  
*anima humana mentem dedit, ubi ratio & intelli-*  
*gentia operata est quodammodo, quasi nulla sit, exci-*  
*tanda scilicet, atque exercenda ætatis accessu, quæ*  
*sit scientia capax, atque doctrinæ.* Seneca epist. 121.  
Quomodo ergo infans de conciliari constitutione ra-  
tionari potest, cum rationalis nondum sit? Et Marcia-  
nus in l. penult. ff. de fideicommiss. libert. ait in par-  
vulis nullam esse culpam; non quod magis rationa-  
les sint, quam bestiarum, quod voluisse Stoicos, &  
Chylippeos dicitur in libro de Hippocratis, & Pla-  
ton. placitis; ita ut existimarent circa annum deci-  
mum quartum animam illis insuadi, ut ait Iamblicus  
in Stobæo physicis: sed quia nondum firma, &  
matura prudentia sit, ideoque comparatur furioso,  
l. quod infans 60. ff. de R. V. l. infans 12. ff. ad leg. Corn.  
de sicar. §. pupillus Instit. de inutil. stipul. & ut pro-  
digus, dicitur non sentire, l. Divus 14. ff. de offic. Præ-  
sid. l. si tibi 8. §. 2. ff. de optione legata l. si cum dotem, §.  
fumaritius ff. solut. matrim. & infans nullum esse  
sentium ait Paulus in l. quamvis 32. §. quamvis, ff. de  
acquir. possess. l. 3. §. 2. ff. de injuriis: & iudicio carere  
docetur in l. Prator 12. vers. Natura, ff. de iud. l. ult.  
ff. de iur. & fact. ignor. l. more 8. in fine, cum l. sequen-  
ti ff. de acquir. hered. §. præterea, Instit. quibus non  
est permittum: & in ætate tenera torpere rationem  
confopitam dixit Fulgencius lib. 1. de verit. prædestin.  
imprudenter propter cerebrum aquosum in pueri-  
tilli corpore, Georgius Palma, declamat. 1. & sapienter  
Ulpianus ait nondum plenum animi iudicium  
illi inesse, tit. 20. regular. §. *impubes*; nondum stabi-  
lem mentem adeptum esse, l. ult. Cod. de testam. mi-  
lit. animum nondum consilio, ac ratione firmatum  
dixerunt Cicero in oratione pro Cluentio, Nylsenus  
in psalmum 2. cap. 10. idcirco dixit Hippocrates lib.  
1. de diet. cap. 5. animam hominis cum corpore au-  
geri, & lib. 6. epidem. animam hominis semper nasci  
utque ad mortem. Quæ verba Galenum, aliosque in-  
terpretes exercuerunt, eorumque meminit Eusta-  
chius lib. 6. ody. laudatque in eandem rem Hero-  
docum, ut affirmat Lucretius lib. 3.

*Nam velat infirmo pueri, teneroque vagantur*  
*Corpore sic animi sequitur sententia levis:*  
*Inde ubi robustis adolevit viribus ætas,*

*Consilium quoque majus, Sanctior est animi vis.*  
Verum inde nihil habetur, quam facultates, &  
operationes animæ rationalis non perfectè exer-  
ceri in infantia, sed crescente ætate; quod circa an-  
num 14. contingere dixerunt Possidonius apud Ga-  
lenum lib. 5. de Hippocratis, & Plutarchi placitis,  
Diogenes in Cenone, Plutarchus de placitis Philoso-  
phor. lib. 5. cap. 24. Quæ ratione infantes nec ex stipu-  
lato acquirere possunt, nec aliis promittendo  
obligari, l. 1. in princip. l. mulier 70. ff. de V. O. §. pu-  
pillus, Instit. de inutil. & ideo quia ipsos innocentia  
consilii tuetur, nec pœna criminali, aut civili pu-  
niuntur, l. quod infans 60. ff. de R. V. l. si quis in suo,  
D. D. Gonzal, in Decretal. Tom. V.

§. final. Cod. de inofficio 1. 9. tit. 1. partit. 7. Plaza de  
delict. lib. 1. cap. 31. num. 1. Gomez lib. 3. var. cap. 1.  
num. 57. lul. Clarus §. final. quest. 60. quod procedit  
etiam in atrocioribus criminibus, veluti nefan-  
do, ut cavetur constitutione Imperatoris Constani-  
tini relata ab Harmenopulo lib. 6. tit. 14. ibi: *Præ-*  
*ter naturam lascivientes, tam agens, quam patiens*  
*gladio plectantur, nisi forte qui passus est, minor erit*  
*annis 12.* Fusè probat Narbona de ætate, anno deci-  
mo & dimidio, quest. 10. per tot. Unde rectè infert  
Menochius ubi proxime, quod de infante non po-  
test intelligi alius locus Harmenopuli lib. 8. tit. 6. in  
illis verbis: *qui eadem meditato, & consilio facit,*  
*cujuscunque ætatis, gladio plectitur.*

Hæc regulariter procedunt in infante, sed Pa-  
normitanus in præfenti, num. 4. asserit, per acci-  
dens posse dari infantes doli capaces, quia quem-  
admodum pubertas præveniri potest, & contingere  
ante annum 14. ut probavi, ita etiam doli capaces  
infantes posse dari, præsertim his temporibus,  
in quibus malitia prævenit ætatem. Quam Pa-  
normitanus sententiam admittunt plures, quos  
referunt Farinac. in praxi, 3. part. quest. 92. num. 47.  
Plaza de delictis lib. 1. cap. 32. num. 2. & facit quod  
refert B. Gregorius lib. 4. dialog. 19. videlicet infan-  
tem quinque annorum solitum jurare, & blasphemare,  
è manibus parentum raptum fuisse à diabolo;  
cujus casus etiam meminerunt in præfenti An-  
ton. num. 6. Anania num. 2. Farinac. dict. quest. 92.  
num. 97. Decianus tom. 2. tract. crimin. lib. 6. cap. 3.  
num. 14. Plaza de delict. ubi supra. Unde idem Pa-  
normitanus affirmat singulariter limitari posse regu-  
lam dictæ Clementinæ si furiosus, ut quamvis  
infantes doli non capaces per homicidium non  
fiant irregulares, irregularitatem tamen contra-  
hant, si doli capaces sint: quod & docuerunt Bo-  
nifacius in dict. Clement. num. 1. Villadiego de ir-  
regul. cap. de percussore, columna 12. Verùm hæc sen-  
tentia non placet Joanni Andrea Barbatæ in dict.  
Clement. si furiosus, Gomezio dict. cap. 1. de delict.  
num. 57. Farinacio dict. quest. 92. num. 50. quia in  
utroque jure aperte distinguitur infans à doli ca-  
pace, l. *impuberem* 23. ff. de furis, l. *infans*, ff. ad  
leg. Corn. de sicariis, l. 5. §. *ideo*, ff. ad leg. Aquil.  
l. heredibus 3. Cod. de dolo, l. 1. Cod. de falsa monet.  
cap. literas 4. cum sequent. de despons. impub. nec fa-  
cit argumentum adductum à Panormit. ex casu pu-  
bertatis, quia pubertas pendet à corporis dispositio-  
ne, quæ ex nimio calore, vel ex alia causa potest con-  
tingere ante annum 14. at doli capacitas pendet ab  
animo, qui habere non potest ab eo, qui non  
fari valet, l. in sponsalibus 14. ff. de spons. l. 1. §.  
sufficit ff. de admin. tutor. l. 1. in princip. l. mulier 70.  
ff. de V. O. l. 3. Cod. qui admitti l. si infanti 18. Cod.  
de iur. delib. Nec favet sententiæ Panormit. exem-  
plum relatum à Divo Gregorio, quia ut post Car-  
dinalem, Ananiam, & alios notavit Farinac dict.  
quest. 92. n. 50 supplicium hoc potius contigit in o-  
diu, patris non corrigentis filium, quam in pœnam  
ipius infantis, in quo propter defectum ætatis non  
aderat dolus, ut facile colligitur ex principio ip-  
sius dialogi. Accedit, quia ea, quæ nutu Dei agun-  
tur, non cadunt sub lege, cap. Deus 19. quest. 2.  
Unde etiam deducitur infantem ob homicidium  
irregularitatem non contrahere, quia hæc pœna  
non contrahitur, nisi in casibus à jure expressis,  
cap. penult. de sent. excom. sed potius cautum est  
in jure, infantes irregularitatem non contrahere,  
d. Clement. si furiosus. Ergo nullo modo infantes  
eam incurere valent.

9.  
An de-  
tur in-  
fans do-  
li capax

IO.  
De pueris  
grandi-  
sculis.

Supereft ut videamus, quinam fint pueri grandi-  
duli, de quibus agitur *in hoc cap. 1.* Et Glosfa  
in præfenti afferit, effe pueros feptem annorum,  
quia ut inquit D. Aug. *in epifl. ad Renatum*, relata à  
Glof. *in c. parvuli 74. de consecr. dift. 4.* feptennis æ-  
tatis pueri, & mentiri, & verum dicere, & confi-  
teri, & negare jam poffunt; & ideo cùm baptizan-  
tur, jam Symbolum recitant, & ipsi per fe ad inter-  
rogationem respondent. Quare Glosfa, & Hoflien-  
fis in præfenti affirmant, pueros in ea ætate &  
poffe peccare, & ex Delicto teneri; nam & poffunt  
contrahere fponfalia, *in fponfaliibus 14. ff. de fponf.*  
*cap. literas, cum fequent. de de fponf. impub.* ubi proba-  
vavi, Facit D. Thomas *in 4. dift. 27. quæft. 2. art. 2.*  
quem omnes fequuntur, teftè Thoma Sanchez *de*  
*matrim. lib. 1. difput. 16. num. 2.* qui affirmat, quod  
feptennio completo incipit communiter ufus ratio-  
nis. Pro qua fententia facit textus *in l. fi infanti 18.*  
*§. ult. iuncta l. potuit, Cod. de iure delib.* Unde quoad  
forum internum, tam quoad vitia, quàm quoad  
virtutes puer poffe feptem annos creditur doli  
capax; & ideo obligatur præcepto textus *in cap.*  
*omnis, de penit.* quia peccare poteft. Navarrus *in*  
*manuali, cap. 21. num. 88.* Azor. *part. 1. moral. lib. 7.*  
*cap. 40. quæft. 6.* Barbosa *in dict. cap. omnis, num. 3.*  
& facramentum Euchariftiæ illis dari poffe, de-  
ducitur ex Concilio Trident. *feff. 21. de reform. c. 4.*  
Concilio Auguftano celebrato fub Orhone Car-  
dinale anno 1548. Sed hæc Glosfæ expositio, dum  
pueros grandiufculos in præfenti cafu accipit pro  
doli capaces, fufineri non poteft, nam aliàs  
inepta, & fine ratione maneret opinio in præfenti  
relata eorum, qui nolebant pueris peccatum tri-  
buere nifi ab anno 14. cùm pubefcere cœperint:  
quis enim tam imperitus effer, ut exiftimaret,  
pueros doli capaces, nec delictum, nec peccatum  
committere, cùm contrarium fit in iure expreffum,  
*l. 5. §. ideo ff. ad leg. Aquil. l. excipiuntur 14. ff. ad*  
*Syllan. l. impuberem 23. de furtis, l. 2. ff. de inju-*  
*riis, §. penult. Inftit. de oblig. qua ex delict. cap. 2. §. 3.*  
*§. ex eo 15. quæft. 1.* quare credo illis verbis, *pueris*  
*grandiufculis*, non fignificari pueros doli capaces,  
fed tantum puerorum ætatem ufque ad 14. annum;  
nam ut inquit Donatus ad Terentium *in Adelp.*  
*act. 4. scena 5.* grandis ad ætatem veteres retule-  
runt, non ad corpus; & in parte ætatis dicitur  
grandis, non in tota vita, nifi fi addatur natu:  
quod etiam probatur *ex l. non tantum 11. ff. de De-*  
*cur.* Non ergo ad animum, in quo doli capacitas  
confiftit, ea verba referuntur, fed ad ætatem: qua-  
re illi, qui pueris grandiufculis peccatum non tri-  
buebant, exiftimabant, pueros ufque ad pubertate-  
m non effe doli capaces. Nec etiam audienda  
eft Glosfa, dum affirmat pueros feptem annorum  
effe doli capaces, cùm certum fit quod in ea æta-  
te, nec quæ agunt, feiunt, nec multum à furiofo dif-  
tant, ut fuprà probavi; fed quia in illa ætate pueri  
fari poffunt, & qualemqualem habent voluntate-  
m. *dict. l. in fponfaliibus 14. dift. 1. potuit. l. infan-*  
*ti 18. Cod. de iur. delib.* ideo benigniori interpreta-  
tione receptum fuit, ut quemadmodum proximi  
pubertati, ita etiam infantia proximi poffent in  
utilitatem fuam ftipulari, §. *pupillus Inftit. de innu-*  
*til. l. 1. §. furiofus ff. de O. & A. l. 6. ff. rem pupilli.*  
Ex qua benigna interpretatione etiam effectum  
eft, ut in illa ætate poffint fponfalia contrahere,  
quia per ftipulationem ea in fuam utilitatem fie-  
bant; & etiam hæreditatem acquirere tutore au-  
ctore, *l. pupillus 9. ff. de acquir. heredit.* Sed talis in-  
tellectus potiùs dicitur nullus intellectus; & illud

intelligere potiùs non intelligere, *l. more, ff. de ac-*  
*quir. heredit. l. in negotiis 5. ff. de R. l. 1.* Et ideo ratione  
illius doli capax non eft, quia dolus eft calliditas,  
& machinatio ad circumveniendum, decipien-  
dumve alium. *l. 1. §. 2. de dolo.* Et quia ex promiffio-  
ne fidei in fufceptione baptifmi facta magna uti-  
litas baptizato fequitur, ideo juxta D. Auguftinum  
relatum fuprà poteft infans Symbolum dicere, &  
ad interrogata respondere: non autem verum eft,  
infantes in ea ætate teneri præcepto annualis con-  
fefsionis, aut facramentum Euchariftiæ illi mini-  
ftari poffe; fed potiùs in ea ætate, in qua jam a-  
gnofcant fe graviter peccare, & in qua dicerne-  
re valeant bonum à malo, honeftum à turpi quod  
certam, & determinatam ætatem habere non po-  
teft, quia in quibusdam pueris citiùs, in aliis verò  
tardiùs accidit; & ideo confefsionis arbitrio potiùs  
relinquendum eft, quando pueri perveniant ad an-  
nos difcretionis, ut refolvunt Barbosa, & Balboa  
*in d. c. omnis de penit. & remiff.*

His fuppoftitis ratio præfentis afectionis ex eo  
provenit; nam cùm proximi pubertati jam habe-  
ant animi iudicium, ita ut quod agunt, intelli-  
gant, §. *pupillus 9. Inftit. de innu. l. 1. §. furiofus, ff.*  
*de O. & A. l. fervum 6. ff. rem pupilli;* & ideo doli  
capaces funt, *l. de dolo 26. verf. Iulianus, ff. de dolo*  
*except.* ex delictis à fe admiffis tenentur, quia fimul  
reperiuntur doli capaces, & proximi pubertati,  
quæ duo fimul defiderantur, ut probat Sefle *rom.*  
*2. decif. 212.* & iudicis arbitrio relinquuntur, quando  
puer dicatur proximus pubertati, nec defideratur  
ut pubertatem ingreffus fit, ut docetur *in l. 3. §.*  
*ult. ff. de lib. exhib. c. ad noftam, de regular.* nam ut  
rectè notavit Menochius *de arbit. lib. 1. cent. 1. ca-*  
*fu 59. n. 35.* circa dictum §. ultimum aliud eft effe  
proximum pubertati, aliud verò effe proximum  
prætextæ; prætextam enim, hoc eft pallium, pue-  
ri Romani accipiebant non anno 14. ut exiftima-  
runt Budæus *in l. ult. ff. de Senator.* Narbona *de*  
*æate, anno 14. q. 3.* fed potiùs anno ætatis fuæ 16. ut  
ex probis auctoritatibus probant Lazarus Baif.  
*in opus. de re vestiaria, cap. 10.* Wolfgangus La-  
zius *lib. 8. Reip. Roman. cap. 2.* Petrus Crinitus *de*  
*honest. difcipl. lib. 6. c. 7.* & ideo prætextæ proximus  
dicebatur, qui pubertatis ætatem ingreffus erat,  
quia adhuc illi ad prætextam duo anni deficiebant;  
fed non æquè dici poterat proximus pubertati,  
quia qui puberem ætatem jam eft ingreffus, potiùs  
pubes, quam pubertati proximus dicitur: unde re-  
ctè ftat litera dicti §. ultimi, prout habetur in Pan-  
dectis Florentinis in hunc modum: *Qui puberem*  
*ætatem nunc ingreffus eft,* ut notavit Ant. Auguftin.  
*lib. 3. emend. c. 1.* nec legendum eft, *impuberem æta-*  
*tem nunc ingreffus eft,* ut vulgò legitur. Textus etiam  
*in dict. cap. ad noftam,* fpecialiter procedit in  
fufceptione habitus religionis, propter ipsius actus  
gravitatem. Secundæ etiam partis hujus afectionis  
ratio ex eo provenit, nam in impuberibus non ita  
magna eft doli machinatio, ut in majoribus, *l. 13.*  
*iuncta lege quod enim 14. ff. de dolo:* & ita mitius  
sunt puniendi. Quod non totum procedit in furto,  
mendacio, & perjurio, de quibus in præfenti,  
verùm & in aliis delictis, *l. 2. ff. de termino mato.*  
*l. ferè 208. ff. de R. l. 1. §. tit. 31. part. 7.* Nec tantum  
in temporalibus, verùm etiam in fpiritualibus, *cap.*  
*eos 108. in fin. de consecr. dift. 4. cap. ea vidit a 51.*  
*23. quæft. 4. cap. 2. de Apoflat. cap. 1. §. ult. de jenen.*  
*excomm.* fignanter autem dixit Confulus *in*  
*auxilium. §. in delictis ff. de minor.* interdum minores  
mitius puniri, quia plerumque poenâ ordinariâ  
afficiunt.

II.  
Tradi-  
tur de  
cicendi  
ratio.

afficiuntur, veluti si contra legem Jul. de adulteriis peccaverint, *dict. §. in delictis*, vel si soliti sint delinquere, argumento legis 3. in fine, *Cod. de Episc. aud. l. apud antiquos, in fin. Cod. de furt. l. qui sepius, ff. de ambig. & in l. caput 23. §. solent, ff. de pœnis, l. 4. Cod. de servis fugit. l. 3. §. si plures, ff. de re milit. l. si adulterium, §. fratres, ff. ad leg. Jul. de adult. alia notavi in can. 22. Concilio Illiber. docet Christianus tom. 1. decis. 221.*

12. Nec obstat prima dubitandi ratio; pro cuius solutione dicendum est, aliam esse causam contractuum, aliam verò delictorum. In contractibus namque, quia cum alio celebrantur, receptum fuit, ut in damnum proprium pupillus nec velle, nec nolle habeat, sed hoc torum auctoritate tutoris suppleatur, *l. pupillus 189. ff. de R. l. non tamen idem procedit in delictis*, in quibus quia ex dolo committuntur, tutoris auctoritas non desideratur, sed sufficit puerum esse doli capaces, *l. impuberem 13. ff. de furtis, l. 4. §. de dolo, l. 26. §. denique, ff. de dol. except.* & hanc differentiam inter contractus, & delicta circa pupillos faciliè percipies, si jungas legem pupillus 189. cum lege pupillum 111. ff. de R. l. quare pupillus doli capax efficaciter tenetur ex delictis, veluti ex furto, ex præsentis capite 1. Gregor. III. in suo Pœnitentiâ, quod extat tom. 3. Concilior. Bini, & tom. 6. Biblioth. veterum PP. c. 9. de furto, ibi: *Si puer amplius decem annorum fecerit furtum, 40. vel. 20. dies pœniteat, prout ætas est, vel qualitas jurisdictionis: pro modico furto 20. dies pœniteat. Puer 10. annorum aliquid furvi faciens, septem dies pœniteat. idem probatur ex l. 5. §. & ideo, ff. ad leg. Aquil. l. impuberem 23. ff. de furt. §. penult. Instit. de obligat. que ex delicto.* Secus autem si impuberes non sint doli capaces, quia tunc nec ex furto, nec ex consilio, aut ope tenentur, juxta dictam legem impuberem. Similiter doli capaces tenentur ex perjurio; quamvis enim impuberes jurare non cogantur in iudicio, *l. iurjurandum 34. §. pupillo, ff. de jurejur. l. videamus 4. ff. de in litem jur. cap. parvulis 14. cum sequent. 22. q. 2. nec ad testimonium admittantur, l. iuviti 19. ff. de testibus, cap. 1. §. item 2. q. 2. propter lubricum concilii sui, l. 3. §. lege Julia, ff. de testibus: attamen si juraverit, ex juramento obligatur, *l. ult. in fine, ff. de liber. caus.* in qua illa verba: *Qui & jurare potest*, rectè de puero doli capace accepit Accursius ibi verbo *Potuit*; seu quod idem est, de proximo pubertati. Gothofredus ibi. *Et si pejeraveris, perjurus eris*: ut in hoc capite docetur, quem sic accipiunt Hostiensis ibi, num. 9. Anton. num. 8. Anania num. 6. Farinac. in praxi, *dict. 3. part. qu. 92. num. 28.* qui etiam num. 141. probat, ipsum ex blasphemia teneri. Non idem procedit in puero doli non capace, hic enim non cogitur ad jurandum, nec ex juramento obligatur, aut pejerare intelligitur, quamvis si jurè ex delatione partis, ejus juramentum debeat observari, *l. qui jurasse 26. ff. de jurejur.* quam de puero doli non capace, nec proximo pubertati rectè accipiunt Donel. lib. 21. cap. 13. & lib. 26. cap. 7. Arias à Mesa lib. 4. variar. cap. 13. Cujac. in l. 2. *Cod. de rebus credit.* loquitur enim Consultus ibi de juramento voluntario, quod quis pupillo detulit extra iudicium; namque necessarium, quod in iudicio deferretur in defectum probationis, non rectè illi deferretur *dict. l. videamus*: voluntarium verò ritè, etiam si pupillus doli capax non sit; & hoc affirmat Paulus observandum esse ad versus eum, qui eum detulit; sibi enim debet imputare, quod ita stul-*

tus fuit, ut pupillo deferret, argumento legis *si servus 23. ff. de jurejur.* quamvis, ut inquit Paulus non videatur pejerare, quia sciens fallere non videtur: quibus verbis respexit Consultus ad antiquam jurisjurandi formam, quæ juxta Festum ita concipiebatur: *Si sciens fallor, tunc me desepitet; urbe salva, arceq., bonis dejiciat, ut ego hunc lapidem.* Meminerunt Tul. *epist. 7.* Polletus lib. 3. *hiff. fori*, eamque illustrant Briffonius de formul. Cujac. lib. 1. de obs. cap. 21. Donel. lib. 24. comment. cap. 21. ubi plura Olvaldus. Revardus lib. 5. variar. cap. 5. Etiam pueri doli capaces tenentur ex aliis delictis, veluti ex lege Aquilia propter damnum injuriâ datum: item ex qualibet alia injuria, *l. sed et si 3. §. & ideo, ff. ad leg. Aquil. l. 3. §. sanè, ff. de injur. l. impuberem 23. ff. de furt. probant D. Joan. Suarez ad leg. Aquil. lib. cap. 2. Donel. lib. 1. comment. cap. 22. §. 1. & lib. 15. cap. 24. Schiford. ad Fabrum tr. 9. cap. 5. Pichardus in §. penult. Instit. de obligat. que ex delict. Robertus lib. 3. animadv. cap. 23. & si percusserint clericum, in excommunicationem canonicis incidunt, cap. 1. & final. de sent. excom. etiam tenentur de sepulchro violato, *l. 3. §. 1. ff. de sepulchro violato.* Cujac. lib. 6. obs. cap. 22. & lib. 8. 99. Papin. in l. 10. ff. eodem: pœna Syllianiani, *l. excipiuntur ff. ad Syllan. & tandem capitalem fraudem admittunt, l. cum autem 23. §. 2. ff. de adilit. edict.* non tamen obligantur pueri etiam doli capaces ex delictis, quæ in omittendo consistunt; siquidem ab eis minores etiam 25. annis excusari constat ex l. 2. *Cod. si adversus delict. l. minoribus 9. Cod. de his que ut indign. l. 1. §. impuberes, Cod. de falsamonet. novella 115. cap. 3. §. si unum 13. Authent. sic capivi 49. Cod. de Episc. & Cleric. pluribus relatis Farinac. in praxi *dict. 3. part. quest. 92. ex num. 64.* quod procedit si modò delictum in omittendo ex dolo non proveniat, quia si dolus intercedat, nec minores, nec impuberes excusantur, *l. excipiuntur, ff. ad Syllan. Ant. Matth. in prolog. de crimin. cap. 2. num. 3.***

13. Nec obstat alia difficultas in secundam partem conclusionis adducta, nam Gregorius in præsentis textu non affirmat potestatem coeundi ante pubertatem evenire non posse, sed illud tantum, quod cum ætas pubertatis sit legibus, & canonicis definita, *l. in sponsalibus 14. ff. de spons. l. ult. Cod. quando tutores, cap. 3. de despons. impub.* ante illam nec pubertas præsumitur; & ita creditur ante illam ætatem carnis delicta ipsos non perpetrare: ad quam præsumptionem respexit Gregorius in illis verbis: *Quod meritiò crederemus.* Inde est, quod in eis adulterium non præsumatur, *l. si minor 36. l. si adulterium 38. §. Divi fratres, ff. ad leg. Jul. de adult.* Ant. Matthæus *dict. cap. 2. num. 4.* Farinac. *dict. quest. 92. num. 79.* qui rectè inde infert, pueris in delictis carnis succurri, non ope restitutionis, sed propter defectum naturalis præsidii: sed hæc præsumptio cessat, si forrè ante pubertatem pueri, vel puellæ reperiantur apti ad coeundum, ut in l. si uxor 13. §. si minor, ff. ad leg. Jul. de adult. nam aliquando suapte naturâ monstratur ex habitu corporis pueros generare jam posse, ut in cap. puberes 3. de despons. impub. vel malitiâ ætatem supplente, ut in cap. de illis 9. cap. final. eod. tit. cap. juvenis 3. de spons. cap. final. de eo qui cognovit consang. & ita evenisse in pueris, de quibus D. Hieronymus & Gregorius affirmant. Anania hic, num. 6. Farinacius *dict. quest. 92. num. 82.* Quod verò de Salomone & Achar diximus, qui filios genuerunt in undecimo anno, miraculo tribuit Anania hic, num. 5. qui casus, & similes cum rarò contingant, ideo

13. Dissolvitur alia difficultas.



ideo non sunt attendendi, ex l. iure 13. ff. de legibus. Si ergo impuberes inveniuntur verè potentes ad coëundum, sicuti ex furto, perjurio, & aliis delictis; ita etiam ex delictis carnis tenentur, et si mitiori pœna puniantur, ut probant Caldas in l. si curatorem, verbo vel adulteri dolo, Farinac. dist. quest. 92. num. 93. Post pubertatem verò etiam dum minores sunt, pœnâ ordinariâ coëcentur; unde tenentur lege Julia de adult. l. auxilium 37. §. in delictis, ff. de minor. l. si minor 34. l. si adulterium 38. §. fratres ff. ad leg. jul. & etiam tenentur ex raptu, nefando incestu, & similibus peccatis contra naturam, l. 4. tit. 19. part. 7. l. 2. tit. 21. part. 7. probant Azevedo in l. 1. tit. 21. lib. 8. Recopil. nu. 48. Farinac. in praxi. quest. 92. à num. 83. Soula in aphorism. lib. 3. cap. 32. num. 19. Gregorius Lopez per textum ibi, in l. 8. tit. 31. part. 7. & ita pœnâ mortis ex eis delictis minores affici posse exemplis probat Marinis decis. 525.

**I4.** Sed suprà traditæ assertioni ob stare videtur D. Augustin. relatus in cap. adhuc, de pœnit. dist. 3. in illis verbis: nec infans unius diei absque peccato super terram esse potest. Quibus consonat D. Hieronymus in cap. senim 40. de pœnit. dist. 2. ibi: Ne hoc unius diei fuerit vita ejus. Quæ verba si de peccato originali accipiuntur, parum significant; siquidem ante nativitatem statim post conceptionem peccatum illud contrahitur: quare de peccato actuali verba illa exponit Barbosa tom. 6. in select. ad ipsum textum. Quâ sententia retentâ deducitur, male in præsentî affirmari tantum pueros doli capaces, seu proximos pubertati, ex delictis teneri posse; siquidem post primum vitæ diem peccati capaces sunt. Pro cujus difficultatis solutione dicendum est, omisso Barbosa ubi suprà, verba illa, quæ acceperunt Sancti ex capite 14. Job. vers. 4 esse accipienda de peccato originali, quod contrahitur à die animationis; & ita sanctus Augustinus & Hieronymus non sunt intelligendi de infantis ordinariâ nativitate, sed de priori secundum Adam, quæ contingit tempore conceptionis, de qua exposuit textum in cap. qui in maternis, de consecr. dist. 4. in cap. 3. de baptismo. Et ita verum est, nec infantem unius diei, immò nec unius horæ, dati absque peccato, videlicet originali, posse.

**I4.**  
Exponitur  
cap. ad-



## TITULUS XXIV.

### De clerico venatore.

#### CAPUT PRIMUM.

Ex Concilio<sup>a</sup> Aurelianensi.

**E**piscopum, presbyterum, aut diaconum, canes, aut accipitres, aut huiusmodi ad venandum habere non licet. Quod si quis talium personarum in hac voluptate sapius detentus fuerit, si Episcopus est, tribus mensibus à communione; si presbyter, duobus; si diaconus, ab omni officio suspendatur.

#### NOTÆ.

- I.** <sup>a</sup> **A**urelianensi. Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 1. & ex ipso Concilio citatur textus hic à Carnotensi lib. 3. tit. 15. c. 1. Gratiano sub nomine Paleæ in c. 2. 34. dist. Burcardo lib. 2. Decreti, cap. 213. sed in nullo ex Conciliis hucusque editis Aurelianensibus reperiuntur verba hæc; extant tamen paucis mutatis in Concilio Meldensi can. 8. Agath. can. 55. Epaun. can. 3. Vormac. can. 17. ut refert Antonius August. in epist. lib. 6. tit. 53. Præsentis canonis meminerunt PP. Concilii Senon. anno 1527. can. 26. Contra clericos Venatores, vel negotiis secularibus implicitos, si à venandi, negotiandive consuetudine moniti non desistant, ad pœnam Aurelianensis Concilii, & alterius Lateranensis procedatur.
- b** Canes.) De canibus venatoriis, & eorum usu plura congestit Demsterus ad Rosinum lib. 2. cap. 8.
- c** Accipitres. Ex hoc textu constat, quàm perperam Panzirola lib. 2. memorab. tit. 23. existimavit, venationem cum avibus olim ignoratam fuisse usque ad tempora Friderici Barbarossæ, qui flo-

ruit per annos 1154. cum jam tempore hujus Concilii, & Agathensis celebrati anno 426. mentio reperitur accipitrum; & in capite sequenti, qui transcriptus est ex Synodo Francica celebrata anno 742. immò etiam temporibus Aristotelis aucupium cum avibus in usu fuisse idem refert lib. 9. histor. cap. 39. ibi: Circa Thraciam, quæ supra Amphipolin est, rem prorsus admirandam, & ab his qui non viderint, incredibilem fieri ajunt; pueri enim è vincis, & agris vicinis ad aucupium avicularum egressi, accipitres sibi socios assumunt. Hoc quidem maxime aliquis miretur, quod accipitres quasunque ipsi aves ceperint, pueris aucupibus dediciant, cum pueri ex omnibus captis partem tantam aliqua accipitribus reddita discedant. Idem scribit Alianus lib. 2. histor. animal. cap. 42. ibi: Accipitres in Thracia cum hominibus per paludes societatem aucupandi coire. Nec non Plinius lib. 10. c. 8. ibi: Homines, atque accipitres societate quadam aucupantur. Plura Demsterus ubi suprà, D. Joseph. Pellicer. ad Polif. Gongora, stant. 3. Lælius Heraldus dialogism. 6. extitit. tom. 2. thesaur. critici, fol. 399.

COMMEN-